Stephanus Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ. Russiæ. Prussiæ. Masoviæ.
Samogitiæ Kyoviæ. Woliniæ Livoniæ etc Princeps Transylvaniæ. Significamus
nostris hisce lris in universum et singillatim omnibus quorum interest expositum
nobis esse nomine famati Stanislai Zatorczik Civis Ilkussien Conflatorij plum:
bi vulgo Huta Agermundowska dicti in Capitaneatu Rabsztinen sitt possessor
casu quodam infortunito Sigillum lrax ab olim Serenissimo Rege Sigismundo
Augusto ipsi super limitibus eiusdem Conflatorij datax fractum atque destructum
esse. Caeterum lras ipsas manu Mgci Valentini Dembinski de Dembiani Regni
Poloniæ Cancellarij subscriptas illæsas, sanasque et integras, nec ullo
vicio corruptas vel suspitioni obnoxias permanere. Supplicatumque
nobis est ut eas ipsas lras ex prioribus, apud quas Sigillum fra:
ctum est, descriptas, sub Sigillo nostro extradere mandaremus eiusque
roboris esse uti priores fuerunt decerneremus. Atque earum lrax tenor
ad verbum sequitur et est talis. Sigismundus Augustus Dei gra Rex Polo:
niæ. Magnus Dux Lithuaniæ. Russiæ. Prussiæ. Masoviæ. Samogitiæ etc. dominus
et hæres. Significamus ptibus lris nostris quorum interest Universis
et singulis, Reproductas coram nobis esse coram nobis esse certas lras
Pargameneas à nobis sub Sigillo Regni nostri maiori emanatas, quibus Con:
flatorium plumbi vulgo Hutta Agermundowska dict in Capitaneatu Rabszti:
nen sit Gnoso Ioanni Bonar de Balicze Castellano Biecen Magno Pro:
curatori Arcis nostræ Craccovien et Scepusien Rabstinenque Capitaneo
Concesseramus, dederamus, donaveramusque per ipsum et succores
suos ltmos perpetuis temporibus possiden. Quoniam vero in eisdem
ut pote Originalibus lris nulla specificatio finium intra quos dicta
Hutta et fundus illius terminatur et includitur descripta sit. Ideo noto
humiliter supplicatum est nomine famati Stanislai Zatorczik Civis Ilkussien
eiusdem Huttæ vigore iuris præfati sibi per prædictum Generosum Ioanne
Bonar Castellanum Biecen cessi. ad prus possessoris, ut hunc
defectum in lris præfatis supplere. limitesque ipsius Hutta seu fundi
ad eam pertinen novo aliquo diplomate consignare dignaremur, Nos itaque
supplicationi huiusmodi benigne annuen ac omnem ambiguitatem quæ for:
te successu temporis occasione finium prædictox oriri posset, tollere
et amovere cupien, memoratum Conflatorium Hutta dict infra scriptis
limitibus (in quorum pacifico usu et possne prædictum Stanislaum
Zatorczik nunc existere et antea semper fuisse ex certis authenticis do:
cumentis coram nobis exhibitis lucidissime constat) terminare et includi
volumus ita vct quod ptis privilegij vigore Hutta prædicta habe:
bit certos fines suos ab una parte versus meridiem usque ad viam qua
itur de Czeszle ad Porik sub Villa Pomorzani iacen, ex altera versus me:
ridiem ad viam qua itur ex Civitate nra Ilkussien ad Molendinum Rab:

Litteræ su[per] Conflato rio Plumbi transcribuntur.

stinen sub Hutta praedicta Agermundowska situm, ex tertia ad Septentrione usque ad fluvium Bijala, ex quarta vero partibus ad praedictum rivum Porik dict. Intra quos quidem limites liberum erit eidem Stanislao Zatorczyk et eius posteris agros colere, prata, hortos, et pascuaria conficere, ac insuper in stagno seu piscina praedicta Huthae stary dicta molendinum frumentarium pro necessitate tantummodo propria domestica extruere ad quam piscinam permittimus eidem et eius successoribus ex rivulis seu torrentibus supra piscinam Czarny stary dict emergentibus antiquis fossis, aquam deducere, totumque quod voluerit piscinulas ibidem pro usu et comodo suo extruere. Concedimus praeterea et conferimus praefato Stanislao Zatorczik et eius posteris libera pascua pro pecoribus et pecudibus ipsorum, tam in campis quam in borris, sylvis, et nemoribus nostris Rabstinen sine tamen damno et praeiuditio subditorum nostrorum, in quo Capitaneum nostrum Rabstinen modernum et alios pro tempore existentes ipsos impediri nolumus. Ad extremum volentes uberiorem gratiam nostram erga praedictum Stanislaum Zatorczik declarare eundem et eius legitimos successores praedicte Hutte Agermundowska possessores ab omni inquisitione ProConsulis et Consulum Officiique Montani Ilkusien eximendos et eliberandos duximus prout eximimus et eliberamus hisce literis nostris. Ita quod pro omnibus rebus et causis tam magnis quam parvis, Criminalibus et Civilibus atque Montanicis à quopiam Cittatus coram officio Consulari et Montano Ilkusien minimè parere, multo minus respondere, nec propter hoc poenas aliquas persoluere, neque aliquibus Arestis in Montibus, minera, argento, plumbo Carbonibus, lignis, ac alio quovis negotio et opera Metallica subesse nec ea perferre tenebitur. Verum omnibus de se querentibus coram Iuditio Bannito ex proposito Advocatiali per Vice Advocatum et Vicezupparium, ac septem iuratos in quindena celebrari solito sese iustificare debebit, et erit astrictus, eiusque successores debebunt et erunt astricti. Harum testimonio literarum quibus in fidem Sigillum nostrum est appensum. Datum Petricoviae in Conventu Regni nostri generali feria Quinta ante sacra festa Penthecosten proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo. Regni vero nostri Anno Trigesimo Octavo. Valentinus Dambienski Regni Poloniae Cancellarius. Scat. Relatio Magnifici Valentini Dembienski de Dembiany Regni Poloniae Cancellarij etc. Nos igitur supplicationi superius descriptae utpote iustae ac iuri comuni consentaneae annuentes literas praeinsertas eo quo conscriptae fuerant tenore transcribi sub nostro Sigillo authentice extradi mandavimus Quas firmas validasque atque eius uti priores fuerant roboris esse volumus. In cuius rei fidem Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Toruniae in Conventione Regni nostri generali die 29. Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto. Regni vero nostri Anno primo.

Petrus Dunin Volski XO.
Episcopus Pr. et R. P. Cancellarius